

- 50 et voluntarie iustitie non servatores, immo etiam corruptores perpetuis^m flammis torquendos tradere decreverit, quid illorum dicturi erunt magistri excusando, qui illis omnibus sicut dominando ita ad imitandum preire debuerunt iustitiam
- 55 servando? Si enim *in*²⁵ *manu* regis non servando iustitiam *statera dolosa* pependerit, id est: Si aut gratia aut amore, dignitate vel munere,
- f.2^v adulacione verborum seu argumentacione vel qualibet huius mundi *sapientia*²⁶, que *inimica est deo*, supplantatus aut delinitus fuerit et ob hoc iusticiam servare neglexerit sive etiam odio deiectione paupertate exasperatione seu qualibet simplicitate innocua offensus hinc aut inde, ut praedictum est²⁷, a recto iudicio sciens volensque declinaverit, quomodo
- 60 *in*²⁸ *conspectu omnipotentis dei* vel in hoc saeculo vel in futuro salvus esse poterit? Sed ne hæc, quæ dicta sunt, temere a quoquam contemnuntur, necesse est, ut sacrae auctoritatisⁿ testimoniis vera esse demonstrentur^o.
- Quod nempe cum iustitia quispiam deo et hominibus placere possit, sacra scriptura praecipiendo testatur dicens:
- 70 *Diligite*²⁹ *iusticiam, qui iudicatis terram*, et item: *Pro*³⁰ *iusticia agonizare pro anima tua et usque ad mortem certa pro iusticia et deus expugnabit pro te inimicos tuos*, et item: *Si*³¹ *vere iusticiam loquimini*^p, *recte iudicate, filii hominum*.
- 75 Nam de non servata iusticia quale nascatur periculum, audi scripturam comminantem: *Regnum*³² *a gente*
- f.3^r *in gentem transfertur*^q propter iniusticias et iniuri-

m) perpetuus Hs. n) auctoritatis Hs. o) aus demoni- verb.Hs. p) loquimi Hs.
q) aus tranfertur verb.Hs.

²⁵) Vgl. Osea 12, 7.

²⁶) Vgl. Rom. 8, 7.

²⁷) Nicht in den erhaltenen Fragmenten.

²⁸) Vgl. Exod. 34, 23.

²⁹) Sap. 1, 1.

³⁰) Ecclus. 4, 33.

³¹) Ps. 57, 2.

³²) Ecclus. 10, 8.